
Clemens Eps servus servorum dei Charissimo in Xpo filio Sigismundo Polonie Regi illustri Salutem et apostolicam ben
Gratie divine premium et humane laudis preconium acquiritur si per seculares principes ecclesiarum prelatis opportuni favoris presidium et honor debitus
impendatur Hodie siquidem ecclesie Ploczen tunc certo modo pastoris regimine destitute de persona venerabilis fratris nostri Andree Epi nuper
Premislien nobis et fratribus nostris ob suorum exigentiam meritorum accepta providimus ipsumque illi prefecimus in Epum et Pastorem Curam et administrationem
ipsius ecclesie Ploczen sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur Cum igitur fili charis
sime sit virtutis opus dei ministros benigno favore prosequi ac eos verbis et operibus pro Regis eterni gloria venerari maiestatem tuam Regiam roga
mus et hortamur attente quatinus eundem Andream Electum et prefatam ecclesiam Ploczen sue cure commissam habens pro nostra et apostolice sedis reverentia
propensius commendatos ipsos benigni favoris auxilio prosequaris ita quod ipse Andreas Eps tue celsitudinis fultus presidio in commisso sibi cure pastoralis officio possit deo propi
tio prosperari ac tibi exinde a deo perennis vite premium et a nobis condigna proveniat actio gratiarum Dat Rome apud Sanctumpetrum Anno Incarnationis
dominice Millesimoquingentesimovigesimoseptimo Tertio Kl Maii Pontificatus nostri Anno Quarto

Mart

P. Gabrielis p Ro





Missio de episcopatu
Floren

R.ta In Cam.a Ap.lica

De Cesis

1527

Andr. Ep. Floren. elcus
Sgl. Regi commendat a
Clemente VII. A.o 1527.
3. Kal. Maij

N.o 53

1
527
17

1527

Pontific. No 70

